

Iber

Iniciunt capitula libri nomi augusti
m aurelij.

De deo semper querendo. cap. i.

De amore. an tria sunt. amans. et qd
amat. et amor. an autem duo sint. cu
quis non aliud qd seipsum diligit. ii. cap.

De mente et noticia eius et voluntate.

Tria esse in anima. que sunt unum. men
tem. et noticia sui. et amor. iii. cap.

Ret mens. et amor. et noticia et singu
la in se maneant. et oia in oibz. v. cap

De noticia qua mens non solum se. sed
etiam alias mentes nosse regulanter
potest. vi. capitulum.

De verbo qd mens ex eterna dicitur ve
ritate. vii. capitulum.

Quali amore diligi debet catura. viii.

Quo differat dilectio rerum spiritualium
ab amore carnalium. ix. cap.

Non omnia que noticia comprehendit
dici posse concepta. x. cap.

Concepte noticie similitudinem tunc ad
equalitatem mentis accedere. cum id
quod cognoscitur neqz inferioris neqz
superioris non est. xi. cap.

Cur sicut nouicia mentis est proles. non
etiam amor partus eiusdem sit. xii. cap.

Aurelii Augustini ep[iscop]i de trinitate lib
er nonus incipit.

Trimitatem certe querimus non quilibet. sed illaz tri
nitatem que Deus est. ve
rus qz ac summus. et solus
Deus. Expecta ergo quis
quis hec audis. Adhuc querimus. Et
talia querentem nemo iuste reprehendit. si camen in fide firmissim2 querat.
qd aut nosse. aut eloqui difficultimum
est. Affirmantes vero cito iuste qz reprehendit. quisquis melius vel videt vel
doceat. Querite inquit deum. et vivet
anima vestra. Et ne quisquam se tanquam
apprehendisse temere gaudeat. querite
inquit faciem eius semper. Et apostolus Si quis se inquit putat aliquid sci
re. non dum scit quemadmodum scire oportet.

teat. **Q**uisquis autem diligit deum. hic
cognitus est ab illo. **N**ec sic quidam di
xit cognovit illum. que periculosa pre
sumptio est. sed cognitus est ab illo.
Sed et alibi cum dixisset nunc autem
cognoscetes dominum statim corriges.
immo cogniti inquit a deo. maxime qz
illo loco. fratres inquit. ego me ipsum
non arbitror apprehendisse. **U**nus autem
que retro oblitus in ea que ante sunt ex
tentus. secundum intentionem sequor
ad palmam superne vocationis dei in
cristo ihesu. **N**onquot ergo perfecti.
hic sapiamus. perfectionem in hac vita
dicit. non aliud. qz ea que retro sunt ob
lunisci. et in ea que sunt extendi secun
dum intentionem. **T**utissima est enim
querentis intentio. donec apprehendatur
illud quo tendimus et quo extendimur.
Sed ea recta intentione est que proficietur
a fide. **C**erta enim fides ut cuncte in
choat cognitionem. **C**ognitio vero cer
ta non perficitur. nisi post hanc vitam cu
videmus facie ad facies. hoc ergo sa
piamus. ut nouerimus tunc rem esse af
fectum vera querendi. qz incognita pro
cognitis presumendi. **S**ic ergo queram
mus tanquam inveniuntur. et sic inueniam
tanquam quesituri. **C**um enim consumma
uerit homo. tunc incipit. De credendo
nulla infidelitate dubitemus. de intel
ligendis nulla temeritate affirmemus.
In illis auctoritas tenenda est. in his ve
ritas exquirenda. **Q**uid ergo ad istam que
stionem attinet. credamus patrem. et
filium et spiritum sanctum esse unum deum
vniuersae creature conditorem. atque re
ctorem. **N**ec patrem esse filium. nec spi
ritum sanctum. vel patrem esse vel filium. sed
trinitatem relatarum admixtum person
arum. et unitate equalis essentie. hoc
autem queramus intelligere ab eo ipso
quem intelligere volumus auxilium p
cantes. et quantum tribuit. qd intelligi
m2 explicare tanta cura et sollicitudine
pietatis. ut etiam si aliquid aliud pro
alio dicimus. nihil tamen indignum.